Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42092
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)



inde in omnia uasa. et cum plena fuerint tolles. Iuit itaque
mulier. et clausit ostium sup se. et sup filios suos. Illi offe
bant uasa. et illa infundebat. Cumque plena fuissent uasa.
ait ad filium suum. Affer mihi adhuc uas. At ille respondit. Non
habeo. Stetitque oleum. Venit autem illa. et indicauit homini dei. Cui
ille dixit. Vade inquid uende oleum. et redde creditori tuo.
Tu autem et filii tui. uiuite de reliquo. Gra. Ab occultis me is
munda me do mi ne et ab alie nis par
ce ser uo tuo. V. Si mei non fuerint domina
ti tunc immaculatus e
ro et emunda bor adelic to maximo.

In illo t. Respiciens ihs in discipulos suos. dixit Matheum.
symoni petro. Si peccauit in te frater tuus. uade et corripe
eum inter te et ipsum solum. Si te audierit. lucratus es fra
trem tuum. Si autem te non audierit. adhibe tecum adhuc unum
uel duos. ut in ore duorum. uel trium testium stet omne uerbum. Quod
si non audierit eos. dic ecclie. Si autem ecclesiam non audierit. sit
tibi sicut ethnicus et publicanus. Amen dico uobis. quecumque alli
gaueritis sup terram. erunt ligata et in celo. Et quodcumque solue
ritis sup terram. erunt soluta et in celo. Iterum dico uobis. quia
si duo ex uobis consenserint sup terram de omni re quamcumque
pecierint. fiat eis a patre meo qui in celis est. Ubi enim sunt
duo uel tres congregati in nomine meo. ibi sum ego in medio
eorum. Tunc accedens ad eum petrus dixit. Domine. quociens pecca
bit in me frater meus. et dimittam ei. Usque septies. Dicit ei
ihs. Non dico tibi usque septies. sed usque septuagies septies. Off.
Dextera domini. Re. in dominica adorate. Secre. Per hec ueniat